

## Sermo

actum quid deprehendas. nec sic indices  
proximū. magis autē excusa. Excusa in-  
tentionē: si opus nō potes. puta ignorā-  
tiam. puta subreptiones. puta casum. Quis  
si omnē omnino dissimulationē rei certi-  
tudo recusat. suade nihilominus ipse tibi  
et dicit apud te ipsum. Vehemens fu-  
it nimis temptatio. Quid de me illa fecit  
set si accepisset in me similiter potestates?  
Et memēto me modo alloqui sponsam et  
non amicum spōsi instruere. cui alia ratio  
est diligentius obstruēdi ne quis peccet.  
et explorandi an peccet. et emēdādi si pec-  
catum fuerit. A qua sane necessitate spon-  
sa libera est: soli vivens sibi et ipsi quē dili-  
git sponso pariter et domino suo. q̄ est su-  
per omnia deo bñdicit in secula Amen.

**Sermo. xli.**  
**C**ollum tuū si-  
cut monilia. Solet ornari col-  
lum monilibus: nō ipsis com-  
parari. Sed hoc ille faciant quibus quia d̄  
proprio nō est decor. aliunde necesse est ut  
mendicet unde se speciosas mentiantur.  
Nā sponse collū ita in seipso formosum et  
tam decet quasi natura formatum est: ut  
extrinsecus nō requirat ornatū. Quid ei  
opus est peregrinorū fucos adhibere co-  
lorum: cui ppria et tanq̄ inata sufficit pul-  
critudo. intm̄ ut ipoz quoque ad ornā-  
dum querunt moniliūz possit adequare  
nitorem? Hoc nempe intelligit voluit qui  
minime quidē a collo (ut assolet) pendere  
monilia: sed ipm̄ potius esse sicut moni-  
lia dicit. Nūc iam invocandus est nobis  
spiritus sanctus ut sicut spirituales spōse ge-  
nas sua dignatione tribuit invenire: ita eti-  
am ipsius spirituale collū demonstrare di-  
gnetur. Et meo quidē intellectū (quia mi-  
hi incumbit loqui que sentio) nihil in ce-  
rim verisimilius probabilius ve elucet q̄  
ipm̄ anime intellectū colli nomine designa-  
ri. Tu quoque idem (ut arbitror) approba-  
bis: si aduertas similitudinis ratios. An  
non si quidē tibi videt colli quodam mo-  
do vice fungi intellectus: per quē tua anima  
trañcit in se spiritus vitalia alimenta: atq̄ i  
quedam trāsfundit viscera morū affectu-  
umq̄ suoz? Hoc ergo spōse collū. id ē pu-  
tus et simplex intellectus: cum nuda et ap-

ta veritate satis per seipm̄ reniteat: non in-  
diger ornamento. sed ipsum magis tanq̄  
preciosum monile animaz decenter exor-  
nar: ac perinde simile monilibus ipsis de-  
scribitur. Bonū monile veritas. bonum  
puritas siue simplicitas. bonū plane mo-  
nile sapere ad sobrietatē. Philosophoz  
vel hereticoz intellectus non habet hunc  
in se puritatis veritatisq̄ nitore. et iō mul-  
tam curā gerunt ipm̄ colorare et fucare fa-  
leris verboz et veritatis syllogismoz. ne  
si nudus appareat: falsi etiā appareat tur-  
pitude. ¶ Sequitur. Murenulas aure-  
as faciemus tibi: vermiculatas argento. **D**  
Si faciam singulariter: et non pluraliter  
faciemus dixisset: absolute et indubitate  
etiā hoc loq̄ sponsum pnunciasset. Nūc  
autem vide ne forte magis sodalibz eius  
congruenti assignemus: spōsam q̄si con-  
solantibus tali pmissione q̄ donec perue-  
niat ad visionē cui? sic flagrat desiderio:  
facturi sint illi murenulas pulcras et pre-  
ciosas. que sunt aurūz ornamenta. Atq̄  
hoc propterea (ut oppoz) quia fides ex  
auditu. et q̄dū per fidē ambulatur et non  
per specū. dando opera potius instruē-  
do auditū q̄ visui exercēdo. Frustra nā  
q̄ intenditur oculus qui nō sit fide mun-  
datus. cū solis qui mūdo corde sunt: vidē-  
di copia promittat. Scriptū vero est. si-  
de mundans corda coz. Quia ergo fides  
ex auditu. et ex illa visus purgatio est: me-  
rito illi ornandis auribus intendebāt. dū  
auditus sicut ratio docuit: visus sit p̄pa-  
ratio. Tu (inquitt) o sponsa intrende di-  
lecti in bias claritari. sed hoc alterius tem-  
poris est. Damus autē impresentiarū or-  
namentū auribz tuis. quod erit tibi inte-  
rim consolatio: erit p̄paratio ad sp̄sum  
quod postulas. Ac si illud prophete ei di-  
cant. Audi filia et vide. Videre desideras  
sed audi prius. Gradus est auditus ad vi-  
sum. proinde audi et inclina aurē tuam or-  
namentis que tibi facimus. ut per audi-  
tus obedientiā ad gloriā peruenias visio-  
nis. Nos auditū tuo damus gaudii et  
leticiam. nā visui non est nostrū dare (in q̄  
gaudii plenitudo et tui desiderij adimple-  
tio est) sed illius quē diligit anima tua. Ipse  
ut gaudium tuū pleni sit: ostendet seipm̄  
tibi. Ipse adimplebit leticia cū vultu suo  
Tu interim accipe ad consolationem ma-